



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 98. Tituli de Sacramentis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

& traditiones Ecclesiæ quasi inventa hu- Sæcul.XVI.
manæ respuendas esse dixerit; anathema sit. A.C. 1584.

Canon II. *Quisquis negat traditio-*
nem esse duplēm, scriptam scilicet, &
non scriptam; anathemate feriatur.

Canon III. *Traditiones omnes diæ-*
cesancæ laudabili, & antiquæ consuetudine
comprobatae serventur.

Canon IV. *Non sumant Canonici,*
aut alii Ecclesiastici panem, & vinum non
consecratum in Ecclesiis, & basilicis die
Cœnæ Domini, aut aliis diebus: sed id in
loco separato, nempe capitulo, aut vestia-
rio, simul facere possint, servata modestia,
reverentia, religione, cum hymnis, &
psalmis consuetis.

§. XCVIII.

Tituli de Sacramentis.

Titulus decimus octavus, decimus
 nonus, & sequentes usque ad vi-
 gesimum nonum agunt de Sacra-
 mentis in genere, & in specie, ubi præci-
 pue monentur *Laici*, ut diebus solemni-
 bus, videlicet Nativitatis Domini, Paschæ,
 Pentecostes, Assumptionis Beatæ Mariæ
 Virginis, & omnium sanctorum commu-
 nicant. Presbyteri illis diebus Missam ce-
 lebrent.

II. Simul monentur conjugati non-
 nisi præparati aliquot dierum continentia
 ad Eucharistiae sumptionem accedere.

M 4

III.

Sæcul. XVI.

A.C. 584

III. Præcipitur, ut nemo ad diem Paschæ Eucharistiam ab alio, quam a proprio Parocho, seu curato sumere præsumat: qui contra fecerit, excommunicetur.

De Sacramento autem Ordinis Canon sextus tituli vigesimi quarti statuit, ut liceat Episcopis familiares, & domesticos suos ordinare, sine literis dimissoriis, dummodo per triennium apud eos vixerint.

In titulo sequenti agitur de modestia Clericorum in vestibus, necnon de horrore, quem de omni ludo vetito, ac litibus forensibus conciperent deberent, ac denique Canone XI. præscribitur Clericis, ne laicis quicquam persolvant contributionis nomine, nisi cum Episcopi consensu: dein præscribitur, ut Sacerdos saltem intra tres menses a sua consecratione Missas celebret, quod si non fecerit, in jus vocetur a promotore Episcopi, ut sui defecitus caussam reddat: si contumax remanserit, excommunicetur.

In titulo de Matrimonio agitur de proclamationibus, necnon de necessitate benedictionem a Parocho, vel ejus Vicario recipiendi, & de tempore contrahendi matrimonia &c.

§. XCIX.

Titulus XXIX. De Seminariis, & Scholis.

Titulus